

CAP. VII.

V. 1. 5.

- 1 Ne iudicate, vt ne iudicemini.
 2 Quo enim iudicio iudicatis, iudicabimini, & qua mēſura metimini, vic ſſim metientur vobis.
 3 Quid autem aſpicias feſtucā, quæ eſt in oculo fratris tui, trabem vero quæ eſt in oculo tuo, non animadvertis?
 4 Aut quomodo dices fratri tuo, ſine eiiciam feſtucā ex oculo tuo, & ecce trabes in oculo tuo.
 5 Hypocrita, eiice primum trabem illam ex oculo tuo, & tum diſpicias, vt eiicias feſtucam ex oculo fratris tui.

38
In ſynagoga Capernaica docetur contra temerariū iudicium: Et ſanatur ibidem Paralyticus.

CAP. I.

- 45 Ille vero egreſſus cepit prædicare multa, & rē diuulgare, ita vt iam non poſſet Ieſus manifeſte introire in ciuitatem; ſed foris in deſertis locis erat, & veniebant ad eum vndique.

CAP. II. V. 1. 2.

- 1 Et rurus intrauit capernaum, interiectis aliquot diebus, & auditum eſt eum domi eſſe.
 2 Statimq; coacti ſunt multi (adeo) vt non caperent eos, ne ea quidem (loca) quæ (erant) ad oſtium, & loquebatur eis ſermonem.